



De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodiêre

Complectens Santos Mensivm|| Maii Et Ivnii

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10258 - 10263

XVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77393](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77393)

Miracula ex
reliquijs c-
ius.

Cap. 18.

Pollice inflato multum anxiè cruciabatur. Is Lutgardis reliquias postquam ad pollicem alligavit pro doloris & tumoris remedio, mox remedium presentissimum ex pertus est.

Oda Aquiria Suppriorissa grauiter manum dolens, ex circumligatis ei Lutgardis reliquijs continuo perfectissimè curata est. Eiusdem nominis consanguinea monialis, nata ex Brauiæ oppido, præ capitibz debilitate, qua diu vexata fuit, nullum protus lilij odorem ferre potuit. Ea vt vidit ad tumulum Lutgardis lilia posita, horruit quidem ipsa adspectu: sed cum caput solum ad tentandum, num posset ingredi, in osium intulisset, nihilq; molestia sentiret, mox fidentius introgressa, tumulum adiit, lilia naribus admouit, nec ullum penitus dolorem persensit. Eadem monialis nocte in tenebris ad sepulcrum eius orandi gratia se prosternens, oculo impegit in candelabri ferrum acuminatum, moxq; apposuit oculo manum, vt iam è suo loco quasi excidentem, ne pernitius decideret, retineret. Itaq; dolore intolerabilis affecta, dixit: Quid est, sancta mater Lutgardis, quod mihi accidit? En pro tuu veneratione procidens, oculum perdi, quem seruare te oportebat: atq; inde molestiam refero, vnde remedium sperabam. Hac vt dixit, surrexit, & momento temporis plenissime restituta, nihil neq; angoris, neque doloris sensit.

Cap. 19.

Nota de ve-
lo eius.

Item cin-
gulo.

Maria de Andea Aquiria monialis, grauissimo dolore capitis afflita, ita vt ne punato quidem temporis vlo corporis membro posset quiescere, seque humi impatiens volaret, cunctis mirantibus, quippe qui eam quam primùm mentis in opem forerunt, velo Lutgardis adhibito vñque adeò mox revaluit, vt nullus omnino dolor in illa reliquo videretur. Matrona quædam nobilis in partu diutissime & periculosis laborans, allatum cingulum, ex equorum fetis cōfatum, quo Lutgardis carnem suam affligere & macerare consueverat, utero imposuit, cunctisq; flupentibus, sine dolore in suam & prolis salutem liberata est. Quod idem diuersis in locis & peronis efficaciter est probatum.

VITA ET MARTYRIVM SANCTORVM ET INCLYTORVM MARTYRIVM MANVEL, SABEL, ET *Ismael, qui fuerunt Martyres tempore Iuliani: ex Simeone Metaphraſte.*

27. Junij.
Cap. 1.

Iuliani A-
postolæ im-
pietas.

Cap. 2.

Iuliani in-
Solens fu-
perbia.



ER SECUTOR ES quidem alij & Tyranni, etiamq; idolorum cultui erant dediti, in errore tamen ab initio educati, non externum aliquem & alienum cultu, sed proprium & patrium habere videbantur: quem quidem iam tenentes, malè quidem, sed tamen iam tenentes, fidē nostram esse plane absurdam existimabant, & eos puniebāt, qui ad eam accedebant. Quorū quidem, cum ea facerent, quæ suæ conueniebant consuetudini, non magis quis mores vituperauerit, quām erroris, in quo fuerat educati, fuerit motus miseratione. Præsens autē hic Tyrannus, cum in rebus diuinis pulchram à principio fuisse eruditus, & in Christianorum legibus & moribus educatus, nec id solum sed sacris quoq; & arcaniis scripturis fuisse dignus habitus, nescio quanā de causa à fallacibus dæmonibus postea persuasus, illa quidem omnia postea habuit pro ludibrio, ijs contumeliosè insultans, quæ sunt venerabilia: gentilium autem solum modò res magnificet, & in summo honore habuit. Quocircā eorum, qui vñquām fūrē, persecutorum fuit & iniquissimus, & impudentissimus: vt quineque fidem, quam accepérat, seruauerit, & factis viis fuerit malevolentissimus. Iulianum transgressorē scio vos omnes nōsse, quem vel solum cognomen facit omnibus exosum & inuisum, nedum mores ipsi: quo quidem nemo fuit ad vitium promptior & proclivior.

Is ergo cum, quod nemo putasse, in Deum, & eum, qui illo tempore imperabat, (is autem erat Constantius) amentiam, & in ipsos Christianos, cum quibus erat ei nomen commune, defectionem parturijset, Romanorum nescio quomodo arripit Imperium. Propter quod validè elatus, & in summam euctus superbiam, omnibus erat intollerabilis, & nec se continere poterat, nisi Christianos omnes caperet & expugnaret: alios quidem minis & tormentis terrefaciens, alijs autem turpiter & illiberaliter blandiēs, alios

alios verborum strophis ac technis aggrediens & illaqueans, ut quomodo liceret, eos, qui non persuadebantur, subiugaret. Ceterum eius improbitatem & , quæ sub blanda verborum specie latebat, fraudem & imposturam perspicerunt quidem multi & deprehenderunt, qui etiam citò vitârunt: multi autem tormenta quoq; quibus sunt cruciati, forti animo & excuso sunt perpessi , adeò vt ne turpe quidem verbum emittent: complures autem etiam vñq; ad mortem decertârunt, vñq; callidum artificem in omnibus pudore afficientes, & nihil aliud, quod est esse malum, ostendentes.

Quoniam autem præter omnes reliquos, hi tres quoq; viri egregij & planè interriteri, qui sunt etiam dicendi argumentum propositi, Tyranni crudelitatem, non fecus atq; desipientis pueri, deriserunt, eius minas perinde atq; larvas reputates: res eorum sunt in praesentia narranda, & ijs qui non nōrunt, quoad eius fieri poterit, explicanda, ut eorum appareat fortitudo & inuictum animi robur. Praclarorum horum virorum, Cap. 3. Persis quidem erat patria, genus autem ex parte matris pium & religiosum: Pater ve- Pat ria san- storū mar- ro (est enim amica veritas) permansit quidem in errore: vita autem erat honesta, & tyrū & ge- nus.

grauitate plena, & quæ pietati conueniret: omnes fratres, & animis, & corporibus. Nomen primo erat Manuel, secundo autem Sabel rursus autem tertio Ismaël. quibus quidem ante alia hoc curæ erat maximè, vt à patris ritibus longissimè abessent, eosq;, tanquam rem execrandam & auersandam fugerent. Est enim Persis ritus patrius, lucernas & ignem suffumigare sacrificijs, & alijs adhuc magis execrandis pollui. Quæ quidem nec vñquam obteruare in animum induxerunt, & vel solo adspectu se iudicarunt iniquiari. Erant enim ab ineunte aetate pulchre instituti in diuinis, vt pote quod quidam Eunoicus vir clarissimus in eos pietatis semina deiecerit, & eos aliusset pietatis dogmatibus.

Illos cùm hoc mitti oportuisset ab eo, qui tunc in regione dominatum obtinebat, Cap. 4. (vocabatur autem Alamundarus) vt Imperatorem conuenirent, certisque pacis ac conditionibus cum eo pacem inirent (hoc enim iam prius & literis petierat, & mis- Legati ad sis legatis contendebat) neque virorum virtutem homo insolens reveritus, quæ erat Julianum adeò magna & admirabilis: neque id, propter quod accersisti venerant: neque de futu- mittuntur ro, si de nullo alio, dubitans, eos, qui aduenerant, intolerandis excipit supplicijs, & tan- Contra ius dem morre acerbissima, pulchre vero eos accipiens, & vt amentem eius decebat ani- gentium ab maum. Vnde nám autem ad hoc sit incitatus, iam dicet oratio. Postquam ergo hi tres, eo trucidan- tur, vt dictum est, venerunt ex Perside, & ea lcripta, quæ acceperant attulerunt, foederaq; certis conditionib; inita, Romanorum Imperatori & Principibus obtulerunt, eis qui dem aliquantis per permisum est, vt de more benignè tractarentur, & cōsulero hono- Simulatio re fruerentur, vt qui de tanta re, quam afferebant, Legati accessissent. Cum Imperato- Apostata, te itaq; versabantur assidue, erantq; eis cum eo omnia communia, domus, viclus, & quacunq; est alia in aula regia benignitas. Quidni enim ea participarēt, qui tales erāt, & morum bonitate excellebant, cum vel hoc solum quod tantum iter fecissent, suffi- Si cere deberet ad hoc, vt benignissimè acciperentur? Sed hæc quidem nequaquam vere ac sincerè siebant à Tyranno, neque eius erat hæc facere: sed mox deprahensus est id fitè ac simulatè inuenisse, vt qui facti ipsi efficerit, quo facile argueretur.

Nam cùm ei aliquando vñsum esset ire in quendam locum Birthynnorum, & fre- Cap. 5. tum transmisisset Chalcedonicum, & omnes iam, qui ei parebant, accerseret, & non permitteret, vt aliquis ab hoc cœpto desisteret itinere: & præter ceteros hos quoque pios viros adduceret. Tunc enim ei publicum festum & celebre aduenerat, sanguine & nidore, & ceteris piaculis suos coleti dæmones: (Erat autem nomen loci, in quo hæc execranda peragebantur Orgia, Trygon) Alij quidem omnes, vt qui densius re- nerentur tenebris, festum celebrabant cum Imperatore, & vñ sacrificabant, & ei pa- febant in omnibus, vt qui corpore & animo essent imbuti in pietate. Soli autem ij, ne aperti quidem oculis ea, quæ siebant, videre sustinentes, tolerabant soli procūl stare in angulo mœsti & lachrymantes, & Deum Salvatorem placantes, & rogantes, vt eis concederet integrum & illam seruare religionem, & non pollui impiorum communione, quorum vel solum leuiter attigisse superficiem, putabat impietatem. Potius autem obsecabant cum, qui est optimus, vt eos, qui iam morbo laborabant, conuerteret, & efficeret, vt animaduerterent in quanto essent errore, & eis significa- re, quisnam sit, qui eos ad hoc, vt essent, produixerit & formârit: & rursus, cùm ceci- dissent, melius reformârit. Ne sic enim dicebant, ô Domine, siueris eos iacere in pro- fundo malorum, nec cùm sint participes rationis, impleri tanta egestate rationis, vt ijs, quæ ab ipsis coluntur, videantur à ratione alieniores, & minus sensu prædicti. Si

quidem illa, cùm sint lapides & ligna, sunt planè nullo sensu prædita: isti autem cùm sint ratione præditi, & acceperint, vt si erent ad tuā imaginem, & te, qui illos tanto honore affecisti, ignorarunt, & naturam affecerunt dedecore, & sibi ipsi, quod est malum pessimum, fecerūt in iuriam. Sed hi quidem, sicut diximus, cùm se ab alijs separassent, soli & inter se inuicem steterunt, hæc petentes à Domino, & à superis diuinum inno-

cantes auxilium.

Cap. 6. Postquam autem venit quidam ab Imperatore, (is erat cubicularius dignitate) eos trahens & producens ad sacrificium, (existimabat enim stultus, illos quoq; nō manus sacrificare de q; se esse deceptos) bona verba, ei exclamauit una voce: Abscede à nobis: fidē enim, ita qua sumus educati, nunquam abiurabimus, neq; Deum nostrum relinquemus, neq; colemus eos, qui sunt apud vos, dæmones. Absit enim, vt eo vñquam animo simus, vt ijs qui non sunt, nos adiungamus, & tam aperto errori mentem adhibeamus. Non sumus adeò insipientes, & mentis adeò emota, neq; adeò proclives, & ad ducentum faciles. Non enim hac de causa venimus, aut propterea tam longum iter ingressi sumus, vt nos quoq; prodamus, religionemq; nostram abiurremus. Venimus tantum ad incedia fœdera, & ad ea confirmanda, quæ nobis visa sunt: alia autem habemus, ut habemus. Hæc audiat & tuus Imperator, & quisquis cum colit, & est ei proximus. Nos quidem non vincetis, nec ab ea, quæ est ex Deo, sententia dimouebitis, etiam si incitati fueritis, vt omnia dicatis & faciatis: etiam si igni & ferro, & alijs instrumentis ad punientium institutis tradideritis: etiam si ipsas nobis animas abstuleritis.

Cap. 7. Hæc vbi audiuit iniqui minister iniquitor, omnia quamprimum aperit Imperatori, fortiumq; virorum renunciāt constantiam & animos, qui perterriti nequeunt. Hic autem mihi considera inuersam parricidē scenam, illamq; quæ erat paulo ante, simulationem & summam malitiam detectam: quæ apud eos quidem, qui sunt ignati fraudis, benignitas esse videbatur & humanitas, re vera autē malevolentia, & dissimulatio, & malignitas erat ad vniuersum. Postquam enim de sanctis audituisset vir pernicioſissimus, interim quidem nihil aliud imperat, quād vt includatur in carcere, vt festum sibi quoq; perageret expers omnis molestia, & quæ dæmonibus siebant, sacrificia nō interrumperet propter aliud negocium. Hoc enim tūc sibi visum est expedire, & deinde considerare, quemadmodum eos aggredieretur. Cæterū beati illi, dum ducerentur in carcere, in via canebant: Venite exultemus Domino, iubilemus Deo salutario stro: præoccupemus faciē eius in cōfessione, & in psalmis iubilemus ei. Et illud: Quis Deus magnus, sicut Deo noster, qui semper facit nobiscum in gloria & potestate? Nos enim populus eius, & opera manuum eius, & eum perpetuō inuocabimus.

Cap. 8. Cūm autē die sequenti manē præsedisset Tyrannus, iubet sibi martyres: qui eos primum blādis verbis conatur inducere, sic calidē existimās se posse soluere robur animi etiā si propter eam, quæ illi coaluerat, immanitatem, asperitatem minimē remiserat. Tanquam nobis, inquit, benevolos & eiusdem nobiscum in omnibus sentīt, vos vester Rex ad me misit, vt hac in re fidelem vestrum & gratum animum magis ostendaretis, quod dies festos nobiscum celebraretis, & simul lataremini, & quod eosde deos nobiscum coleretis, & in nulla re a nobis dissideretis. Sic enim & fœdera sumus habitiri stabiliora, & in ijs, quæ aguntur, confidemus, si eadem mente & cultu inter nos colligemur. Quod si vos quædā alia & sentitis & creditis, sciatis vos nō tam venire legatos & recōciliatores, quād hostes et aduersarios. Nā si id non estis, omnino, si nihil aliud, oportret vos vestra reuereri. Persé enim vñā nobiscum & Solem, & Lunam, & reliqua astra colunt, & præterea lucidissimam quoque ignis potentiam, ne alios quoq; deos enumerem, quos ab altè petitio venerantur principio, à quibus nobis quoquedōnantur, quæcumque sunt optima, & à quibus pendet vniuersorum prouidentia. Cui sancti simul & fortiter responderunt:

Cap. 9. Nos, ô Imperator, qui ab initio Christiani & sumus, & vocati sumus (hanc enim rē, & hoc nomen maximē venerabile, nos noster docuit pedagogus, vir ille in reb; diuinis insignis, & virtute incomparabilis, qui etiam propter eam dignus est habitus sacerdotio: ijs autem, qui cum eo versabātur, tantam suī excitabat benevolentiam, quātā ne dici quidem potest: nam eius quoq; nomen erat Eunoicus) hoc, inquam, viro virtutis studioſo, duce & magistro vñi in omnibus, maximē cūm sciamus matrem quoq; suis ab eo in pietate initiatam, & summē ab eo captam, nunquam, quæ sunt ab eo nobis tradita, tam preciosa & tanti facienda, aut præterierimus, aut obliuioni mandauerimus: rebus autem vestris in consideratē animum adhibuerimus, quæ habent fraudes innumerabiles, suntque planè viles & abiecta, quoniam nec hæ quidem fuerint aliqd

Constantia animi.

Psalm. 94.

Psalm. 76.

Cap. 8.
sstitutio co-
rā Julianō.

quid aliud, quām erroī & merēnugē. Quidnam autem hoc fecerimus vñquām infipientius, si cali quidem factorem reliquerimus, malis verō dæmonibus diuinum cul-tum tribuerimus? Hoc esset insanæ & planè emotæ mentis. Si autem nostri maiores manserunt in veteri errore, ne dicam quòd ipse quoque pater eadem, quæ illi, errāte animo est seftatus, non ideo à nobis fides abiurabitur, quam professi sumus corā Deo & Angelis. Nam multi quidem ex ijs, qui sunt apud nos, Persis, hoc quidem tentauerunt, non potuerunt tamen nostram mutare sententiam. Et si, propter quæ venimus, non fuerint inita foedera, tibi quidem id erit omnino imputandum, qui mittens ea cōsiderare & componere, de quibus missi sumus, sedes de ijs disceptans, quæ ad te nihil at tinent: nempe quis tuos quidem deos colat, & sit cis benevolus: quis autem eos despiciat, & ab eis dislideat.

Propter hæc amens ille, ira plenus, quæ minimè cohiberi poterat, iracundè dixit e. Cap. 10.
Iratus Apo-
is: Quomodo vos, qui rudes & indocti semper vixistis, & lingua Græca planè ignari, stata prodic-
tam impudētes estis, vt vestra mala & reproba oratione nobis velitis persuadere, qui suam arro-
ad summam peruenimus eruditio[n]em, idque cūm nec simus quidem vestrarum igna-gantiam &
ri scripturarum? Sciat is enim, quòd ego quoque, cūm essem in eis aliquando versatus, malam mē,
& nouissim quām eæ essent corruptæ & planè ad dissoluendum faciles, eas quam pri-tem.
mūm à lingua mea abstensi, ne ex illorum inscritia & ineptijs aliquid erroris contraxis-O impudē-
se viderer. Nemo enim vestris fratres libris, quos eleganter qui spiam vocauerit Chri-mendaciū.
stianos, aut se vñquām easius melior, aut præclarum aliquid fecit, & dignum quod cō-
memoretur. Quos refellere, & nihil esse ostendere, nec longi est temporis, nec viri
vel mediocriter cordati. Quamobrem his dimissis, & hac puerili & inconsiderata co-
gitatione, credite mihi vobis consulenti ea, quæ sunt meliora. Sin autem audire & pa-
rere nolueritis, vos docebit tormentorum experientia, pro qualib[us] qualia elegeritis,
& quanto vestro malo sit hæc arrogantia, & contentio, & absurdissima religio.

Ex quibus sancti magis confirmati, cūm graues audissent labores & dolores, Ty-Cap. 11.
Matt. 10.
ranno dixerunt audacius: A Deo nostro & Domino didicimus, non timere eos, qui
corpora occidunt, neque propter metum prodere veritatem, neque quando deduci-
mur, meditari quid respondeamus, cūm ipse spiritus sanctus & parer ad certamina, &
animum impleat audacia, & det sermonem in apertione oris. Quam autem ratio-Egregiè per
nis egescatem nobis obijcis & inscitiam tu, qui tibi esse vidēris omnium eruditissimus:
Nescio uter sit à ratione & omni sapientia alienior, is ne, qui Deum agnouit, & huius
vniuersi creatorem, & omnem ei honorem tribuit, à quo vel solo possunt omnia ma-
nu comprehendendi, & ipsa quoq[ue] astra numerari, vt dicunt diuinitüs in spirata eloquia: Psalm. 146.
an is, qui eum quidem reliquit, adorat autem res ab ipso creatas, & diuinum eis no-
men tribuit insipiente: ne dicam honores dæmonum, & turpissimorum aliorum si-
mulacrorum, quibus vos exultatis, qui magnificè vestram iactatis eloquentiam? Nam
si vobis vel tantillum inesse rationis, neque vos ijs adiungereris, neq[ue] teneremini tan-
tis inscitiae tenebris. Nam homo, qui est rationis particeps, & in cuius potestate sita est
ratio[n]atio, nunquam tam aperto errore inducetur: siquidem hoc pertinet ad ra-
tionem, ratione vti cum ratione, & eligere per rationem ea, quæ sunt præstantissima. Nota offi-
Rerum autem omnium præstantissima est Dei cognitio, quod quidem est extrellum cium homi
nis ratione
omnium experendorum, & ascensus mentis diuinioris. Quæ sunt verō apud vos ora-
tiones, linguaq[ue] nimis redundans, & inanis copia, non solum sunt plena nugis & va-
nis inceptijs, sed etiam vestri vobis vanā conciliant persuasionē, & ab omni, quod bonū
est, prolationem, & à Deo, quod est pessimum, alienationem. Quod quidem tibi
quoque accidit, qui, aures patetecisti, & vniuersis eis es delinitus, vt mutaris etiam
appellationem, nempe qui pro Christiano Græcus, & pro pio impius, & Deo planè ca-
rens esse & dici volueris.

Hac cūm audijset crassa & terrena anima, & idolorum verē plena caligine, im-Cap. 12.
pletur ira, quæ non potest cohiberi: iubetq[ue] statim humili extendi martyres, & crudis
loris & induratis per quatuor homines ita cædi, vt totum corpus sanguine circun-Cæduntur
fluat. Deinde cūm parūm intermisset, corum manibus & pedibus clavis perforatis,
loris immo-
eisque ligno ad purgandum instituto alligatis, sublimēs suspendit, iubens eorum car-
nes ferreis vngulis laniari. Quæ cūm vehementer lacerarentur, & multa in membra il-
lis vngulis auellerentur, & grauibus doloribus omni ex parte peterentur, ne sic qui-
dem fieretebatur robur eorum animi, aut euadebar mollius: sed ad solum Deum fixis
adspicientes oculis, & lingua & mente hoc loquebantur: O Domine, qui ipse quoque Preces fun-
ab impijs fuisti in ligno suspensus, qui de peccato non triumphassis, & id traduxisses, dant ad Do-
minum, niū

nisi per Crucem mortem sustinuisses, in ligno nos quoque pendemus, qui te dileximus, ut omnino eradatur nobis carnis crassitudo, & ieu ferri currentur sauciatae animae. Sed quoniam natura nostra imbecillitatem, da ex alto auxilium, & alleia labore, & seda doloris acerbitatem. Te enim freti, ausi sumus subire haec gratia & laboriosa, quae quam sint acerba, vides Domine, & quam nos valde crucient. Sed o Iesu dulcissime, qui es velox ad defendendum, non eras dilatatus vel dare seruus tuis petitionem, etiam dare eis plura, quam petierant. Cum enim preces adhuc lingua versarent, et paruit tuus diuinus Angelus, & leuauit eis dolores, & effecit, ut corpora melius se haberent: nec id solum, sed etiam ad reliqua confirmauit certamina, magnam dans eis gratiam, & spe maiorem.

Cap. 13.

Interea autem dum haec fierent, Tyrannus quoque iussit eos relaxari a suppliciis. Quos ludificans & veluti irridens: Videtis, inquit, quomodo adhuc vobis parco, a gratioribus abstinenus, quod sperem fore, ut mutemini? Quod agere ferentes sancti, & maiori repleti fidutia: Noli putare, o Dei inimice, responderunt, fore, ut nos aliter simus affecti, quam iam affectos videris. Fac decanter, si quid aliud volueris: nos autem parati sumus omnia perpeti, siue torqueamur, siue flagris cardamur, atque adeo ipso igne comburamur, voluptatem potius, quam poenam, tormenta existimantes. Est enim reueras iucundum propter Christum pati ihs, qui sunt recto sensu praeediti. Sed ille insipiens, ne post tantam quidem praeclarorum virorum experientiam intelligens, sed adhuc surdus & corde & auribus, intinctos illos conatur alio modo aggredi. Et cum unum ex his primum prociliat a carceris remouisset, cum duobus soli, nempe Sabell & Ismaeli, sibi loquendum ducens, putauit fore, ut verborum fucus eos induceret, utique confusus, & quae sunt optimam suadens, ut putabat. Qui, inquit, infeliciter praeclaro vestro patre est natus, (neque enim eum vitiosum fratrem dixerim, qui est malignus & improbus) cum sit impudens & contentiosus, ea facit & sentit, quae eius arguant amentiam, vobis quoque persuadens illius via ingredi, & nec in religione nobiscum conuenire, nec in honore deorum, nec in vita realia. Sed vos cum tandem id, quod oportet, didiceritis, illum quidem finite nugari & hiare inaniter, ipsi autem state nobiscum, & nostros deos colite, ut eos quoque vobis habeatis propitios, & innumerabiles remunerations ab eis consequamini.

Cap. 14.

Egregia eius nequit, & retunditur.

Hac verba praeclari viatores cum ne arrectis quidem auribus audire sustinuissent, haec liberè & confidenter exclamauerunt: Cur te ipsum decipis, attonite & moribus versutissime, vias versans innumerabiles, & instar vestri Protei te mutans & varians? Si nostri nondum fecisti periculum, nec quae praefecerunt, adhuc tibi sufficiunt, vice rebus tuis, nec abstineas ab aliquo, quod sit in tua potestate. Est autem tibi omnino magna malorum copia, cum habeas animam adeo malam & iniquam. Sin autem fecisti periculum, & animaduertisti rationem & considerationem, quae non possidere, & vidisti iam immutabilem fidem in Dominum nostrum & Deum, quidnam tibi venit in mentem, ut existimes nos futuros tam faciles, ut momento temporis nos capias? Non enim, ne si nos quidem contingat esse emota mentis, vestra simulacula coluerimus, que & ex luto facta sunt, & non plus quam lutum sapiunt: que oculos quidem habent, sed non possunt videre: & aures, sed priuatæ sunt sensu auditus: & nares, sed odorum minimè suscipiunt odoratum: rursus manus & pedes, neq; ad aliquid vivi potuerunt utilles, neq; vnguam amiserunt id, quod habent lapideum. Quomodo enim, cum sint reueras lapis? Pulchre enim ante nos quoque diuinus David vestros deos est ludificatus: non eos autem solum sed eos quoque, qui in eos confidunt, quos etiam vocauit magis amentes, & nec ipsum quidem intelligentes, ad quantam rationis egestatem sint conuersi.

Psal. 134.

Ignis vruntur atrociter, & laudent Deum

His amens iste totus perturbatus, cum se non posset amplius continere, eorum protinus lateribus ignis faces admouet, ut sicut ille ira, ita ipsi igne arderent. Qui etiam cum toti omnino comburerentur, gratiarum quoque actionem in hoc intolerabilis tormento Deo emittebant, non ad presentes intuentes dolores, sed ad aeternam laetitiam, neque molestum pati, sed non pati, esse grauissimum existimantes. Ita eos afficit amor in Christum, ut ipsius quoque, quam habebant, naturæ obliuiscerentur. Sed iste graui corde & furore percitus, perinde ac si nihil vidisser eorum, quae facta fuerant: Non sentitis, rursus dixit viris illis egregijs, vos nondum a diis omnino haberi odio, qui vestram expectant conuersionem, qui etiam propterea vos efficiunt malorum tolerantes, quae sunt in doloribus laboriosa & difficilia, mutantes? Sed hoc planè esse ridiculum & stultissimum beati illi arbitrantes: Nihil nobis rei cum tuis diis

Nugatur
Apostata.

ājs, magna rursus voce clamauerunt, ô infelicissime: habemus nostrum seruatorem & Dominum, quem in omnibus adiutorem fatemur, & scimus. Is & à præsentibus Nota vim nos liberat doloribus, & in rebus asperis præbetaudaciam, & efficit, vt ignem & fer- rum, & quodvis aliud despiciam⁹. Quomodo enim aliter caro & sanguis iussicerit ad- uersus tantum examen tormentorū, cū vel lapidis natura, quæ nihil est aliud, quæ dura, his consumpta & planè esset confecta; & nisi nubes ignoratiōis impediens, ra- tioni tuae terribras offunderet, & tibi sensum adimeret, cognouisses omnino nostra es- se omnia diuina & admirabilia, & vero Deo digna. Nunc autem nihil scis eorum, nec vis intelligere. Quomodo enim, qui rebus solis in hiis turpissimis: quoniam ad ea sola quæ sunt pessima, te mali in errorem abduxerunt dæmones.

Veritus ergo transgressor, ne, dum eos magis examinaret, maiores acciperet con- tumelias, illos quidem, vt quos desperasset se omnino persuasurum, omnino reliquit: conueritur autem rursus ad Manuēlem, deceptus stultus, vt qui crederet fore vt is ad ipsum declinaret, ei minas & rursus maiora proponens supplicia prioribus. Sed nec ille vir egregius est omnino conuersus ad ea, quæ iamdiu ante contempserat, & maio- rem ostendit constantiam, libera & confidenti voce clamans: Cur ^{Manuelis} vox. vane laboras? Cur te fruſtrā impudenter geris, ô Tyranne? Quid non ex nostris nostri sapientiæ? Ne. præclaræ vox.

scis quænam sit nobis & sententia, cū simus unus vni colligati, & vnu omnes sentia mis? Aut ergo tres supera, aut à tribus recede. Est venerabilis numerus ternarius, quo nos sumus honorati. Sancta Trinitate nos tres sumus muniti, à qua nobis quoq; adeſt, vt simus viati, & vt maneamus infracti, & nihil reformidemus ex ijs, quæ sunt terribilia: iam enim rursus dicemus ea, quæ sapè diximus. Quæ enim sunt vnius, tri- um esse existima. Fide, in qua sumus simul educati, minimè abiurabimus, tuos demo- nes non colemus, Dominum nostrum & Deum minimè relinquemus, præsentia futu- ris non mutabimus, neque vitam breuem & fluentem, aeterna & quæ stat, & semper eodem modo se habet.

Cū post hac perplexo esset animo ille infelix, & planè spem omnem abieciſ. Cap. 17. set, valde timens, ne in signi sanctorum constantia, ex ijs quoque, qui cum eo erant, Crudelis sententia conuerterentur aliqui, & illis adderentur, tunc fert in ipsos sententiam, iubens, vt clau- tyrañ in inuidos ducerentur & vitam finirent gladio. Deinde vt statim rogus quoque accenderetur, & martyres. eorum abiijerentur corpora, vt ne puluerem quidem liceret efferre Christianis, si hoc facere voluerint. Sancti ergo, qui decebatur à militibus, peruenérunt ad locum, in quo erant consummandi, qui vocabatur Constantini: Erat autem præcepis, & ac- cessus admodum difficultis: in quo etiam constituti, has vltimas preces fuderunt Do- mino: Deus, qui es ante secula, & expers principij, qui ex eo, quod non est, ad hoc quod esſent, produxisti vniuerſa, qui in vltimo dierum propter nostram salutem tel- psum exinanisti, & in forma serui nobiscum es versatus, & mortem per crucem subij- ſisti, vt nos solueremus à peccati vinculis, & regni tui faceres participes, suscipe in pace tuos famulos, & coopta nos in numerum eorum, qui tibi placuerunt à seculo: quoniam propter sanctum tuum nomen hanc mortem gladio afferendam nostra sponte fu- cipimus, & avita præsenti excedimus. Quinetiam eam, quæ nos circunſtit, multitudi- nem, & maligni fraude redacta est in seruitutem, conuerte, ô misericors, ad tuam agni- tionem, & da eis mentem sanam & prudentem, vt te solum verum Deum agnoscant, & tibi soli se deditent.

Hæc cū precati esſent Martyres, vox estab eis audita desuper. Venire, dicens, glo- Cap. 18. ria coronas accepturi, & beatæ vita fructum percepturi. Pulchre enim à vobis peractus est cursus certaminum. Et statim fuerunt eis amputata capita, decimo septi- mo Iunij. Protinus autem locus, in quo stabant, scissus in duas partes, eorum compre- hendit corpora, vt salua conseruentur & illæſa, & iussus Tyranni appareret inanis, qui re vera erat huiusmodi, vt igni eos mandari iusterit. Lictores vero cū hoc vi- diffent miraculum, se in fugam coniecerunt. Multi autem ex ijs, qui illic aderant, cū Domino credidissent, & errori renunciārunt, & cooptati sunt in numerum Christia- norum. Qui cū duos dies in loco mansissent, & Deo multas preces fudissent, san- torum corpora repente terra reddidit admirabiliter, longo optimo odore plena. Quæ cū fustulissent, & honorabilia honorificè deposuerint, eis iusta splendide & magnificè fecerunt. Ex eis autem horis singulis scaturiunt curationes, & gratiam do- nant ijs, qui veniunt.

Caterum punire ea, quæ fecit transgressor, non diu distulit iustitia: sed celerem Cap. 19. & gra-

& grauem de eo poenam sumpsit, quæ in Persarum fines deduxit, & effecit, ut illic eius misera erumperet anima. Nam cum Rex Persarum magna in eum ira astuaret propter suos interfertos, vt qui esset iniustus & foedifragus, & pacis inimicus, & iste cum magna arrogantia & exultatione appropinquasset Persidi, & bellum inter eos erupisset, & impius turpiter esset victus, iuste plagam illam accepit in visceribus: risus quidem à dæmonibus, qui ipsum deceperant: risus autem à Christianis quoque, quibus se esse facturum pessima erat minatus vir perniciosissimus. Quocircum par est, vt nos quoque Deum glorificemus, qui nō longo tempore emitte virgam super fortem iustorum, sed celerem dat salutem & spe maiorem ijs, qui eum diligunt. Quoniam cum decet omnis honor, & gratiarum actio, cum patre principio carente, & viuifico spiritu, nunc & in secula seculorum, Amen.

VITA S. AVITI PRESBYTERI, EX EGREGIIS

MS. CODICIBVS, PER F. LAVR. SVRIVM MVT.

to ferè stylo descripta. Est enim valde obscuro sermone, sed tamen ante annos plus minus mille grauiter contexta à quodam sancti viri propè æquali.

Iunij 17.
Cap. 1.
Partia S.
Aviti.

Cap. 2.
Fit mona-
chus.

Cap. 3.
Sceddit in
locum de-
fectum.

Fit Abbas
sui mona-
chij.



VITVS apud Aurelianos plebeio ex sanguine ortus, parentes habuit humili loco natos. Matri eius patria fuit Virdunum, cui ingenuitatem virtus & meritum conciliavit. Ut autem Aureliam proficiseretur, inopia & egfsta eam compulit. Nupsit verò illic cuidam Belsico, lœ, cui peperit Auitum egregium filium, qui quandoque populo magnam esset salutem allaturus. Eo nascente, ingens lumen in cubiculo apparuisse, certa relatio ne compertum est, ita ut eo splendore obstetrices ab officio sint deterritæ, tantique miraculi perculsi stupore, non fuerint ausæ lumen illud cælesti intueri. Sed Dominus præciosus futurorum, non ignorans futurum illum fidelem seruum suum, in ipso ortu eum sanctificauit.

Creuit inde puer, & cùm infantia rudimenta excessisset, ad Miæianense monasterium deuotus aduolauit, depositaque coma, monachum professus est. Cùm autem nedium Abbatii, sed etiam omnibus pura animi simplicitate obediret, monachi quidam inuidia correpti, fatuum eum vel brutum appellabant, crebrò illi obtristantes. Habebat verò pro more, partem ciborum suorum claram egenis imparit, sepè etiam sibi detractis vestibus illorum tegere nuditatem. Abbas iraque cælesti in illo lumen considerans, tacitus illum amare ceperit, construxitque ei cellulam intra vestibulum monasterij procùl ab alijs, ne eius ieunandi & vigilandi assiduitas à fratribus ostentationi & arrogantiæ tribueretur. Ut verò omnes manifestis indicis Dei hominem eum esse perspicue cognoverunt, inuitò Cellarij munus demandarunt. Non potuit ille refusare Abbatii imperium: sed cùm eam ministerij sarcinam in suos humeros recepisset, ab immitti familia, crebris insidijs honesta eius simplicitas appetita & exagata est.

Quadam autem nocte, cùm ex more Abbati incumbere volenti inseruisset, cingulum cum clavibus colligatis cautè ad eius caput depositus, reliquo illo onere ad Calauia loca abditissima secessit: vbi cellulam è vilibus texens virgultis, multis diebus delituit, decem plus minus milliaribus procùl à monasterio. Cumq; Abbas ad nocturnas laudes canendas pro consuetudine surgeret, labete cingulo, clavium cellarij strepitum audit. Obstupescens igitur, nihil dubitat aufugisse Auitum, citoq; ad cellulam eius se conferens, omnemq; coenobium & cellulæ nemorosa septa perlungans, nulla ratione inuenire potuit, quem noctis tenebra facile occultabant. Non multum autem intercessit tēporis, cùm vir sanctissimus Maximinus, qui per id tempus Abbatii ministerio perfunditus erat, migravit ad cælos: cuius sacro humato corpore, monachi ad inquirendum Auitum simul omnes profecti sunt, tandemq; repertum, ad monasterium precibus flexum adducunt, sibiq; Abbatem, pontifice iubente, constituant.

Tum

Tum verò ingrato sub fasce humilis sublimata gemiscit: rursumque fugam mē-
ditans vir Dei, terrena fastigia respuens, vno tantum puerο comite contentus, vastas
solitudines latitaturus expetit. Erat quidam eremi locus, nemorosa fronde conte- Rursus fu-
ctus, planeque abditissimus in Pictiacæ sylua fundo, quem olim prisca manus constru- git in ere-
xerat, hedereque complexu horrebat culmina sensim diruta. Ibi ille vltro se se in il- mum.
lud protrudit desertum, exiguumque ex corticum fragmentis dōmum prouidus Chri-
sticola sibi contruens, longe à villarum culminibus clandestinum amplectitur exili-
um: & diu multumq; ruricolis ignotus, pomiferis dapibus, quas sylua ministrabat, se se
sustentat.

Per id tempus, vberrimos glandium prouentus nemus omne suppeditauit: cumq; Cap. 5.
duo subalci immensam illam vastitatem lustrarent, vnu iam olim mutus longo silē-
tio, fratrem per auia comitabantur. Itaque pastorali ritu inter cerulea noctis spatia ac-
censis tedi vagantem pecudē illis sequentibus, subito extinctis tedi ab immane im-
bre, pecus ab oculis euanuit, & omnia rapuēre tenebrae: nec iam spem vllam luminis
recuperandi eremī vastitas offerebat. Interim formidantes gregi, oculis majori cura
inuigilant. Tandem velut stellam radiantis Olympi procūl ignem conspicunt, atq; eo
mutus ille, non tam vocibus, quā nutibus vñsus, properat. Vbi ad tugurium beati
viri peruenit, fixus in limine, balbutiensque, protensa teda nutibus rogat ignem sibi
commodari. At vir Dei in medijs densa noctis tenebris cernēs hominem tetra facie,
deformi capitulo, vilibus pannorū fragmentis semirectum, non nihil perterritus, quod
putaret se aliquod immanis eremī monstrum videre, aut inter nocturnas tempesta-
res dñmonem sibi apparere, mox ad orationis p̄ficia suo more confugiens, humili se
prosternit, & diu multumq; Dominū deprecans cum lachrymis, orat indicari sibi, v-
trum à bono vel malo sit is, qui se ipsi repræsentet, & vt nullis artibus illum celari pa-
tiatur, quin & genus & conatus suos exponat. Post preces à terra surgens, Crucis signū
manu pingit contra hominem, sicq; affatur ignotum: Quisnam sis, tam subito meo il-
latus tugurio, prorsus ignoro: sed per Christum omnipotens Dei filium, cruci suffi-
xum, te adiuro, vt cuius generis monstrum sis, vel quid in desertis his locis agas, mihi
edicas. Mox ad imperantis vocem in fontis lingua laxatur, voxq; intra fauces renascit. Mutus lo-
tur: indicat homo, quid necessariò petitus venerit: fatetur maiora se accepisse, quā q̄uitur, à san-
cto viro in-
petierit, quippe qui lumen solum expetens, etiam vocem sine precio referat. Deinde
sentiens viri Dei virtutem, ad eius pedes se abiicit, immensas agit gratias pro collata
sibi medicina. At vir Dei intelligens hominem non tam à pastoribus, quā ab ipso
Deo ad se missum, multum letatur Dei beneficio, eiq; gratias agit: hominem quoque
complexus, Crucis signo munit, redditōq; lumine incolumem à se dimittit, qui queru-
lus ad ipsum venerat.

Porrò autem effrenis porcorum grex cum custode longius abscesserat, nec iam sci- Cap. 6.
re potuit homo, vbi illum inter opaca syluarum & noctis umbras quæreret. Mox no-
nu iubilo completa nemus, & fratri nomen crebra voce compellat. Ille vt nomen su-
um audit iactari per auras, obstupescit, turbatusq; animo, miratur quis vel muto re-
formarit vocem, vel importunis clamoribus ipsum ausit appellare, vel prius incogni-
tus eò aduenerit. Hac autem illo inter arborum umbras cogitante, lumen obuiū con-
spicit, aduentantisq; vulnus exploratur. Postquam ergo prodente lumine fratrem
incolumem vidiit, irruit in collum eius, eumq; complexans, gaudia lachrymis permi-
scit, seiscitatur de medico, virtutis vim illo narrante cognoscit.

Sole orto, ambo pariter properant ad hominem Dei: prostrati, ingentes agunt gra Cap. 7.
tias, grandem pro impetrata sanitate porcum offerūt sacerdoti. Sed cūm ille omnia Vir Dei per-
sibi carnis esum penitus interdixisset, noluit accipere, iubet suo gregi porcum restitui, petuō absti-
obsecrat, ne vel ipsum, vel locum, aut rem gestam vlli reuelent. Sed celari diu non po- net carniū
tuit, quod celestis virtus ipso Domino iubente probebat. Dignreditur inde à viro
Dei, mutusq; ad paternas ades iam benè vocalis remittitur: qui vbi festinus paternæ
domus limen excessit, in medio stans, in has prorumpit voces: En genitor optime, na-
tus tuus multos duorum damnatus per annos, hodiè te noua salutis voce compellat, &
celesti virtute soluta lingua te pronunciat. Surgite ergo lati & alacres, & vna tecum
simil omnes abite ad sylvas, diuinum medicum veneraturi, & sancto Auito pro redi-
tia mihi voce gratias acturi in deserto. Pater ergo vt audiuit filium rem gestam or-
dine explicantem, paululum subfitit: inde in collum filij incumbens, membra com-
plectitur, & multis inter gaudia lachrymis caput eius rigat. Occurrit etiam mater nō
minus hilaris, cupiens filium audire loquentem. Mox in vicinos rei gestæ fama diffun-
ditur,

Multia ad eū ditur, & Auitus vbiq; celebratur. Vnde deuoti confluunt populi, arcta; destructos morbidi cō fluunt, & sānctum semita ducit tugurium sacerdotis: languentium cum turba cupit attinge, re, immensa miseria stipatur sylua cateruis. Versari videtur in foro, qui prius abditus delitescebat in solitudine. Morbus omnis depellitur, languores omnes curantur, tol-

luntur in cælum voces Deum laudantium, & gratias agentium atq; dicentium, Benedictus qui venit in nomine Domini, Deus Dominus & illuxit nobis per sānctum Auitum. Sed cūm vir Dei immensa populi multitudine premeretur, voluit nocturnis horis clām ad loca occultiora se transferre: sed tam populi precibus, quām præsum au-

thoritate, vix tandem potuit retineri. Construxit autem eo in loco insigne monasterium, in quo in hunc vīq; diem priscorum patrum Pauli & Antonij instituta incon-

uulsa seruantur.

Cap. 8. Perid tempus vir Dei Aureliam proficiscicebatur, liberaturus miseris, qui in ergaſtu-

lis vītī tenebantur. Venit autem ei obuiām immensa turba languentium: ē quibus vīsus parvulum filium à nativitate cæcum ad eius pedes depositum, orans vt ei lumen restituat. Iungunt cum illo preces suas simul vniuersi, ne possit pater pueri voto fru-

strati suo. Itaq; sanctus Auitus tam illorum precibus, quām paterna pietate permotis,

in oculos cæci pueri signum salutis impressit, & cœstigio ille præsentem potuit cer-

nere mundum. Quod quidem nos ab eius ipsius cæci, sed nunc clare videntis, ore acce-

pimus. Nimis vero prolixus operis est cuncta annotare, quātum Aurelia, tum alijs di-

ueris in locis vir Dei effecit. Certe eius vrbis iudicium superba potestas, vīsis eius mi-

raculis, adeo ei addicta fuit, vt ante omnia vītī, eo rogante, relaxati sint.

Cap. 9. Non est autem illud quoq; silentio prætereundum miraculum, quōd quidam * Mi-

tiacensis monachus, quem sanctus Auitus peculiariter charum habuit, qui etiam in

solitudinem cum illo profectus fuerat, cūm iam superrum duceret spiritum, fratres rogauit, ne ipsius corpus prius tumularēt, quām beatissimus Auitus super corpus eius precatus esset. Porrò beatus Auitus more iuo absq; vlo vehiculo iam procul fecelle-

ratiñ desertum itinere longo, & ad solis occasum vīq; illuc constiterat: cūm ecce vīsus

ē fratribus dereptè ei nūciat obitum illius, quem diximus. Ille verò eo nuncio no-

medio criter afflixtus, qua potuit celeritate ad monasteriū properauit. Iam noctis me-

dia spatia abierant, & ingressus vir Dei in oratorium, circa defunctū ipse quoq; in-

star aliorum in medio templi se prostrauit. Iam verò vigilijs defessos monachos som-

nos obtinuerat. Facuit vir Dei, latuſq; illo silentio, ad feretrum se adiunxit, cōuersul-

torum me que ad solita precum arma, more suo humi se abiicit, multo lacrymarum imbre san-

tuenda pa- torum metuenda pauciaria perfundit, ad omnipotentem Dominum indeſinenter

preces supplices transmittit. Absolutus precibus, surgit à solo, sentit diuina benigni-

te vitam monachi sui sibi donatam, defunctū mīq; inter ipsa noctis silentia ita compel-

lat. In nomine Dei patris omnipotentis surge frater, & tam repentina deceſſus tui ra-

tionem nobis expone. Illic surgit, qui fuerat mortuus, sedensque in feretro, omnia,

quāt ipſi eueniſſent, & quemadmodum eius oratione à tetræ mortis vinculis ad lucem

effet reuocatus, ordine explicauit. Monachi corum mutuis colloquijs excitati, obſtru-

peſcant cæleſti miraculo, quōd vita funerātū cū S. Auito sermones conſerre viderent.

Itaq; omnes humi prostrati, sacerdotis vestigia lambunt, Deo in excelsis gratias subli-

miter agunt, quōd tanta per Auitum virtutis suæ miracula in eo monasterio declarā-

rit. Porrò is, qui excitatus fuit à morte, beati viri complexus dexteram, incolumis à fe-

retro surrexit, & cum hymnis & canticis ſpiritualibus ad amicam cellulam abſcēlit,

multisq; poſtē annis ſuperuixit. Fuit hoc miraculum à sancto Leobino Carnotenli

Episcopo diuulgatum, qui ſe ab ipſo ad vitam reuocato fratre id didicisse refabatur.

Sumus autem in cōmemorandis beatissimi Auti miraculis, quorū iam olim probata

testimonia collegimus, ſuccincti, ne myſteriorum ſolennia in vesperam vīque protra-

hamus.

Cap. 10. Quidam ex Dunensi castello, pro eius plebeculæ ſalute deprecatur, ablegatus eft

ad S. Auitum. Accedit deuotus ad virum Dei, obſcrat, vt corpus ſuum pro castelli e-

iis munimine, apud ipſos patiatur poſt obitum ſuum humari: poſt acetur eorum ver-

bis, egregiam fabricam ipsius nomini ſe dedicaturos. At vir sanctus: indignum eft, in-

quit, hominem peccatorem & multis criminibus inuolutum, intra templum tumu-

lari: campis patentibus ad futuram examinationem, oſta humiliata in fossa humo-

debet recondi. Sed tamen vt veftro ſatisfiat desiderio, ſi in proposito permanentis,

templum in Dei nomine vt conſtruantur, non recuso. Meum verò corpus ad Aurelia-

norum vrbem ex Dei voluntate condetur. Si quid tamen opportunum veftro loco

existi-

Is S. Leobi-

nus floruit

Anno Chri-

fti 525.

existimatis, inter futura mox iurgia, ex abeunte indignas meas, si poscitis, reliquias capieris. Quod ita quoq; factum est. Illo enim in loco hodiè magna degit cōgregatio ho-

minum, Deo sacra officia sine intermissione reddentium.

Nec multò pōst vir bēatus certaminis sui finem obtinuit, sanctumq; calis spiritum Cap. 11.
reddidit. Vbi verò Aurelianenses & Dunenses de eius obitu certiores facti sunt, pro. Eius obitus.
pter sacram corpus sibi vendicandum vtrinq; arma capeſſunt. Dunenses Abbatis sui
corpus tanquam quadam suo priuilegio reprobabant: Aurelianenses monachum Mic. Nota lector
cianensis monasterij sibi deberi contendebant. Cū autem monasterium, in quo vir
Dei deceperat, Dunensibus esset propinquius, celeriter omnes eō aduolant, defuncti
corpus tanquam instrūcta acie rapiunt, sublatum que ad extructam basilicam absportare
nituntur. Sed non segnes Aureliani, licet aliquanto posterius, armis instructi o-
currunt, fores basilicā occupant: clypeis teſti, parant se ad configendum cum Dunen-
sibus sacram corpus absportantibus. Id vbi ē ſylus progressi haſtentis ſecuri Dunen-
ſes conſpicunt, animis perturbati, desperant ſe poſſe voto potiri ſuo. Itaque ſubmo-
tis illis, in media æde onus ſacrum inuiti deponunt, caſtra caſtra opponunt, inter me-
dia vtrorumq; tela theſaurus conſtituitur: ſed caſtūs adeſt praefidium, ne eius cauſa,
qui multis ſæpi vitam attulerat, in mutua cædis diſcribenr illi coniicerentur. Adeſt,
Deo volente, Leuſus, vir inſignis ac ſumma potestate præditus: iurgantium lites diri-
mit, armatorum ſeuia confilia diſſipat, corpusq; ſalutiferum per publicum aggerem
Aurelias deportari iubet.

Tum verò Dunenses magno dolore correpti, lamentabiles dant voceſ in celum, & Cap. 12.
quia non poſſent factos artus, vi impediti, apud ſe retinere, orant beati viri aliquas re-
liquias ſibi permitti. Non potuit hoc negari petentibus, maximè quod equisſimiſ pre-
cibus etiam lachrymas adiungerent. Accedunt ad funus ſummi ſacerdotes, & cum tre-
more corpus ſacrum atrectantes, magnum reliquiatum munus confeſſunt poſtu- Cum tremo-
lantibus. Deinde proficiſcentes, corpus in ſublime tollunt ſacerdotes, & urbana ma- re Epifcopi
ſacrum eius
corpus aſ-
tredant.

nus feretro protinus nobilia colla ſupponit: gaudent, qui poſſunt ſacrum contingere
lignum. Sanctissimum funus hostilis turba cominùs antecedit, vrbemque peſentes po-
puli, condeno pede feruntur. Cerneret illic cereis ardentibus ruralia arua quaſi can-
dere flammis, & millibus multiſ ſtipata caterua, iam prima populi pars arcem attinge- Cerei ardē-
bat, cum multi necedūm ē Dunensi castello pedem extuliffent. Quis verò ingentem il- teſpluſimā.

lum Clericorum paſſentium chorū, qui ex viciniſ vrbib⁹ ſtudio religionis ad A-
uitio perſoluenda officia alacres conuenerant, explicare queat: quorum ardens & ig-
nius clamor, inſtar caeleſtis tonitruī ſidereum pulſabat Olympum. Vox erat vna om-
nium clamantium & dicentium: Gloria in excelsis Deo, & in terra Aurelianorū per-
petua ſub Auito pax. Atque iij vix tandem densa populorum agmina perrumpentes, fa-
crum corpus perferunt ad ſepulcrum: atque in loco ſancto centum ab urbe paſſibus
religioſe & cum ſumma reuerentia magni pontifices tuinulant defenſorem. Titulus Nota,
quidem ex viliffimi ligni materia illi poſitus eſt, ſed membra interim totus venera-
tur orbis.

Ea tempeſtate rex Childebertus, inclitus Francorum princeps, comparato exerci- Cap. 13.
tu Hispanias ſuo addere imperio volebat. Audita verò tanti viri fama, & quod ſepul-
crum eius exigui parietes vallarent, calefī regi votum integra deuotione nuncupauit,
ſi incolumis in tegnum ſuum ſancti Auiti interceſſione reuerteretur, ampliſſimam ſe
ſuper eius monumentum basilicam condituruſ. Itaque in itinere multa quidem ab
hostibus perpeſſus eſt, ſed quoties ei ſtructæ eſſent inſidia, toties ſancti Auiti interceſſi-
one ab impenitentibus periculis liberatus eſt: atque ita ſoſpes & triumphans rediit in
regnū ſuum. Tum verò inſignem ædem, vt erat pollicitus, in loco ſupradicto extri- Childeber-
tus rex inſi-
gnem ei ex-
truit ædem.

endam curauit, viſus ad eam exornandā ſolertia Vuaddonis, vniuſ ex proceribus ſuis, gnem ei ex-
truit ædem.
Cuius operis mercede eum crēdimus minimē fruſtratum. Illuc enim affiduis miracu-
lis virtutum geſta clarescunt. Claui pateſcunt oculi, debiliuſ membra ſubitō conua-
leſcunt, mutus voceſ recipit, ſurdus auditum. Datur regioni ſalus integra, & per o-
mnium infirmitates velox medicina percurrit. Vir ſanctus coniungitur Aniano,
& vrbis Aurelianorum illorum circumſepta virtutibus, ſeruatūr in me-
dio: Quorum patrocinio nos diuina Trinitas custodire &

conſeruare dignetur: cui eſt honor & virtus
& potestas in ſecula ſeculorum,
Amen.

DE EODEM S. AVITO, EX GREGORIO
TVRONENS. DE GLORIA CONFESSO.
rum, Cap. 99.



Vltio diui-
na in cum,
qui noluit
feriari in fe-
sto sancti
Aviti.

Vitus Abbas Carnoteni pagi, quem Pectensem vocant, saepiusim. minere dissolutionem sui corporis Spiritu sancto reuelante pra- dixit: qui recedens à corpore, honorificè apud Aurelianensem vt. be>m humatus est, super quem fideles Christiani ecclesiam constru xerunt. Post cuius obitum cùm anniversarius assumptionis eius dies cum summo coleretur honore, vñus è citibus, alijs ad Missa rum spectanda solēnia euntibus, accepto rafro, vineam pastinare direxit. Increpitusq; à multis, cur huic festiuitati deeset, redite noluit, dicens: Et hic, quem colitis, operarius fuit. Verū vbi ingressus vineam, pri mo ičtu terram aperuit, prorinus retorta ceruice, facies eius ad tergum conuerla est. Tunc tremens, spectantibus populis, cum flero magno basilicam sancti ingreditur. Post paucos vero dies, orans in eodem loco assidue, directa ceruice conualuit..

DE SS. MARTYRIBVS MARCO ET MARCELLIANO
offendet Lector multa lectu dignissima in Historia S. Sebastiani exi-
mij martyris: quæ est I. Tomo die 20. Ianuarij. Passi
sunt autem 18. Junij.

MARTYRIVM SANCTI LEONTII ET SO-
CIORVM, PER CYRVM SCRIBAM. HABETVR
in Simeone Metaphraſte.



18. Junij.
Cap. 1.
Adrianus
Senat or fa-
milius.

Cap. 2.

Angelus ap-
pact Tri-
buno ido-
lolatra.

Cap. 3.

VO tempore Vespasianus Romanorum Imperium te- nebat, vir quidam ordinis Senatorij, Adrianus nomine, cru delis, & animo valde immanis, omniumq; pessimarum ar- tium inuentor, cùm audiueret quosdam Christianos esse ab oīnibus illis abhorrentes, qui diis ipsis sacrificia offer rent, deosq; ipsos despiciētes, & alios homines magicis artibus ac disciplinis & adulatioñibus à deorum familiaritate remouentes, quippe qui dicerent, non esse deos, sed vnum tantum Deum: furore percitus, Imperatorem adi, & ab eo petiit, ut sibi contra homines Christianos potesta tem daret, Imperator vero statim omnem potestatem A- driano contulit, eiq; mandauit, vt quicunq; eius editio parere, & diis sacra facere vel lent, honore magno donati, ad eum mitterentur: qui vero nollent, cruciatibus grauis simis subiecti, morti addicerentur.

Cum igitur Adrianus ex magna Roma discessisset, significatum ei fuit à quibusdam, in urbe Tripoli esse militem quendam, Leontium nomine, qui deos ipsos reprobaret, & eos qui sacra illis facerent, ab eoru cultu auerteret, & patrias leges disoluueret. Cum hæc Adrianus de Leontio audiueret, hilaritate non mediocri affectus est, & militum cohortes præmisit, vt Leontius, qui talia faceret, comprehendenderetur. Cum vero pro pte urbem venissent, eorum tribunus, qui & ipse dæmonum superstitioni & idolis ad dictus erat, repente febre torus corruptus est, & militibus suis dicebat: Ita mihi dij propitijs sint, vt ego scio, vndenam hoc malum in me profectum sit. Dij aduersus me indignati sunt: cum enim huc prefecturus essem, congruentem vieti, am illis non obtuli. Milites igitur cùm Tribunum suum ita febri æstuantem per tres dies, necq; cibum aliquem sum entem, sed magis magisq; febri laborantem viderent, multis angustijs pre mebantur. Nocte autem illa Angelus Domini apparuit ei, dicens: Tribune, si vis sanu fieri, vna cum militibus, qui tecum sunt, ter clames: Tu, qui sancti Leontij Deus es, mihi, quæso, auxilium feras. Si hoc dices, statim sanus fies.

Cum Tribunus in tales mentis excessum venisset, & sobrius esset, vidit Angelum, vt adolescentem aliquem, candida ueste indutum, & adspexit speciem quandam terribilem